



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 117. De furlango tradito in Aldingeshus in pago Nithega.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
826 usque
853 im-
perante
Hludo-
uiico et

§. 114.

Tradidit uilheri in *berchem* (Q) et *krithem* (R) mansum unum,
testes hramnuard fidac horic aldger adalger osger.

§. 115.

Tradiderunt *enno* et *raingot* in *eidenhus* (S) mansum et hominem
cum vxore et filiis. testes tancred Iddi marcuuard ricdag et alii decem.

§. 116.

Tradidit *bardo comes* (T) in *tiuhili* (U) quidquid ibi habuit. testes
hradmod hrannulf gherhard friduuuer.

§. 117.

Tradidit *luitfuit* (V) *furlang* (W) unum in *aldingeshus* (w). testes
beuo bodo fal horid hardgot.

§. 118.

De villis
Berchem
et Hrit-
hem.

(Q) (R) *Berchem* et *Hrithem* villa in Registro nostro inueniuntur, positæ ad fluvium
Adrinam. At vero supra §. 33. not. (v) demonstrauimus ad flumen istud,
hodie dictum *die Eder*, fuisse pagum Hassi Francorum. Sine vlo dubio itaque
nostri Corbeiensi veteres designare voluerunt eundem pagum Hassi Franconiu-
cum. Quodsi igitur ad fluvium Adrinam inuenimus vicos *Bergheim* et *Rodene*,
illos significari, nemo non videt.

De villa
Eiden-
hus.

(S) De *Ennone* vide supra §. 4. not. (h), vbi illum, quantum coniectura auguratu-
mus, nepotem Widekindi Magni appellauimus. *Ratngot* eius sororem fuisse
(nomen enim mulieris esse, ex aliis documentis constat) incertum quidem esse,
fatemur; suspicari autem illud quis posset propter bona, que ambo in eadem
villa dedere. Ex quo ipso appetet, *Ennonem* ad stemma Widekindeum specta-
re. Nam haec villa in Registro nostro ponitur in pagum *Almunga*, in quo vti
iam supra demonstrauimus, familia Widekindea omnino amplissima possedit præ-
dia. Pagus ille in episcopatus Paderbornensis territorio ad fluvium dictum *die*
Alme quondam extitit. Designatur autem per *Eidenhus* villam vel vicus Essende
haud procul ab oppido Stadberge, vel alia villa dudum desolata, cuius situm do-
ctis dominis Paderbornensibus perscrutandum relinquimus.

De domi-
te Bardo-
ne.

(T) De *Bardone*, comite, nepote Widekindi Magni ac fatore principum Waldeccen-
sium, iam supra §. 104. not. (u) satis superque exposuimus.

De villa
Tiuhili.

(U) *Tiuhili* villa in Registro nostro ponitur intra pagum *Pathergo*. Designatur ergo
sine vlo dubio vicus Thule intra terram episcopatus Paderbornensis haud
procul ab oppido Saltzkoten, vno milliari circiter distans ab vrbe Paderborna.

De Luit-
fuit.

(V) *Luitfuit* est *alba femina*. Luit siue Lüt, nomen Germanicum, adhuc in Westfa-
lia vilitatum, denotat feminam, *Uit* seu *Wit* *weiß album*.

De Fur-
lango.

(W) et (w) *Furlang*, ein Vorling, seu *eine halbe Morgen Landes*. *Aldingeshus* villa erat, re-
stante excitato Registro nostro, in pago *Nitbega*. Designari ergo per eam puta-
mus vicum Alhusen in episcopatu Paderbornensi, situm inter Driborg, Reelse,
Pömsen, Erbsen, Herste et acidulas Schmechtanas. Nolim tamen eis repugna-
re, qui sibi perfudent, esse villam desolatam, que eadem in regione olim exti-
tit, atque in litteris feudalibus recettioribus appellatur *Adegissen*. Omnino hoc
aliis perquirendum relinquimus. Vtunque autem se res habeat, illud proba-
bilissimum nobis video, *Beuonem*, qui inter testes appetet, fuisse fratrem abba-
tis Corbeiensi Warini, ac *Luitfuitam* fuisse eorum consanguineam, vel fortassis
illorum profrus sororem.